PROF. FRIEDRICH D. Ä. WEISE

Fakultät	Theologische Fakultät
Geboren	1649 in Camburg (Thüringen)
Gestorben	1735 in Helmstedt
Kurzvita	Oberhofprediger in Quedlinburg (1695–1697); Theol. o. Prof. in Helmstedt (1697–1735);
Ehefrauen	Anna Dorothea Weise geborene Langenberg (21.04.1662–10.12.1703), Heirat 1686; Margarethe Elisabeth Weise geborene Schmid (–17.05.1737), Heirat 1705
Porträt	HAB: A 23548|A 23549|A 2355|
Quelle	Ahrens 2004, S. 244 f.
GND	https://d-nb.info/gnd/117277118
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-234-weise

Lehrstühle

1697–1735 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

Ämter

1695–1697: Quedlinburg, Oberhofprediger

Vorlesungen (143)

Fridericus Weise D. caeptam N. T. expositionem publice continuabit., Wintersemester 1697/1698

Privatim, in quantum negocia ecclesiastica permittent, circa Pontificorum errores examinandos occupabitur., Wintersemester 1697/1698

Nec deerit illis, qui de se ad suggestum & alias sacri officii partes praeparandis solliciti sunt., Wintersemester 1697/1698

Fridericus Weise D. P.P.& Sup.Gen. Publicas lectiones, Deo adjuvante, sine interruptione continuabit, ita tamen, ut tribus prioribus septimanae diebus Lunae sc. Mart. & Jov. Matthaei Evangelistae textus explicetur, […], Wintersemester 1698/1699

[…] quarto, quem Veneris dicunt, dominicale evangelium disponatur atque explicetur. […], Wintersemester 1698/1699

[…] Quos autem privatos labores superiori Paschate promisit, nec vero ex voto pertractare potuit, ecclesiastica enim itinera atque negocia impedimento fuere; eos hoc semestri debita absolvet industria. Tales fuerunt Instructio novi ecclesiae ministri ad actus ministeriales atque Theologia homileticae cum praxi conjuncta explicatio. Quo plus in his situm est, eo majori cura & diligentia utetur, ut, qui a Deo vocantur, atque ecclesiae praeficiuntur, quid agendum, quid minus, novereint atque auditorium salutatriter adedificantes, Deum praedicent & pie vivant., Wintersemester 1698/1699

[…] Privatim B. Bajeri Theologiam positivam, ut coepit, explicare atqve examinare perget. Pastorali prudentia, quae modo absoluta est, Rhetoricam ecclesiasticam B. Gözii addet atqve ita tradet, ut, quibus ad conciones cum utilitate habendas se praeparandi animus est, praecepta discant, ex

fundamento se praeparent atq. tandem utiliter ad ecclesiam loqvantur., Sommersemester 1701

Fridericus Weise D. Epistolam ad Romanos publice interpretatur. [...] Docet hora II., Sommersemester 1701

Fridericus Weise D. Publice ea ratione, qva coepit, epistolam Pauli ad Romanos declarabit., Wintersemester 1701/1702

[...] Privatim dogmatum fidei expositionem, qvam superiori vere inchoatam, hac aestate continuavit, circa exitum praesentis anni ad finem perducet. [...], Wintersemester 1701/1702

[...] Hanc examen potiorum controversiarum in gratiam eorum , qui id perierunt, excipiet. [...], Wintersemester 1701/1702

[...] Praecepta qvoqve homiletica, ut hactenus, tradet & tradita ad praxin consveto modo applicabit., Wintersemester 1701/1702

Fridericus Weise D. In expositione epistolae ad Romanos publice perget. Qua ad finem perducta, Rhetoricam ecclesiasticam explicabit. [...] Docet publice hora II., Sommersemester 1702

[...] Privatim collegium aperiet, quo veram sacra biblia legendi atque exponendi rationem tradet., Sommersemester 1702

[...] Privatim praecepta Theologiae Exegeticae tradet., Wintersemester 1704/1705

Fridericus Weise D. Explicatione epistolae ad Galatas finita, epistolam ad Ephesios publice exponet. [...], Wintersemester 1704/1705

[...] Publicae etiam disquisitioni notas, qvibus epistolam ad Galatas hactenus illustravit, subjiciet. [...], Wintersemester 1704/1705

Fridericus Weise D. publice in explicatione librorum N. Testamenti perget atque, absoluta epistola ad Colossensos, eas ennarabit, quas Paulus ad Thessalonicenses scripsit., Sommersemester 1707

Privatim praecepta explicandi tradet, ut, his recte cognitis, in explicanda sacra scriptura feliciter procedant, qui tandem ex ea coetum ecclesiasticum docere, in coelesti veritate confirmare, & ad salutem perducere sibi proposuerunt., Sommersemester 1707

Illis etiam, qui Theologia morali student, hanc exponet., Sommersemester 1707

Fridericus Weise / D. publice in explicatione epistolarum Jacobi & Judae perget, quibus absolutis ad apocalypsin Johannis Theologi acessurus est. Inter explicandum eo laborabit, ut, monstrato sacro sensu, textus sacer logice resolvatur, id, de quo agit sive thema cognoscatur, argumenta hoc exponendi notentur, & tandem juxta fundata in scripturis media legitimae consequentia sive usus practici, quemadmodum Statuta praecipiunt, eliciantur. Haec publice bono cum Deo praestabit., Wintersemester 1710/1711

Privatim Theologiam moralem, post hanc vero praecepta scripturas interpretandi tradet., Wintersemester 1710/1711

Fridericus Weise D. publice in explicandis epistolis Petri perget addetque Theol. Homileticae praecepta., Sommersemester 1711

Privati B. Baieri compendium Theol. positivae tradet, adjuvabit quoque eos, qui veram scripturas interpretandi rationem desiderant., Sommersemester 1711

Fridericus Weise D. publice [...] epistolam ad Romanos, paulinum theologiae compendium [...] diebus Lunae & Martis [...] exponet., Wintersemester 1712/1713

Fridericus Weise publice hactenus apocalypsin Johannis Theologi enarravit [...] ut duobus posterioribus Jovis & Veneris apocalypsin ea, qua decet, perspicuitate ac brevitate exponat., Wintersemester 1712/1713

Privatim de recta ratione legendi scripturas & theologia homiletica acturus est., Wintersemester 1712/1713

Fridericus Weise D. publice diebus lunae & martis apocalypsin, dieb. jovis & veneris epistolam ad romanos explicare perget., Sommersemester 1713

Privatim iterum ad tradenda praecepta exegetica, quae cum sacrae scripturae tum verae philosophiae innituntur, atque in ecclesiae utilitatem cedunt, paratus erit. Quo magis necessaria haec sunt, eo majorem diligentiam adhibebit. Porro genuinas regulas formandi conciciones addet; proderit quoque omnibus, qui praegustum actuum ministerialium ad rite fungendum officio ecclesiastico desiderant., Sommersemester 1713

Fridericus Weise D. in apocalypseos & epistolae ad romanos, ser. 2 quidem & 3 in illius, 5 autem & & in hujus explicatione convenienti statutis ratione perget publice., Wintersemester 1713/1714

Privatim addet exegesos praecepta, quibuscum homiletica conjunget, ut auditores sacram scripturam & recte intelligere & perspicue aliis exponere discant; quin, data occasione, de commentariis aget ac modum, quo beati patres & venerandi doctores in scrutandis scripturis usi sunt, declarabit. Quo minoris aliquamdiu, nescio quo fato, theologia exegetica est habita & quo communior contra homiletica est, eo plus diligentiae adhibebit, ut cum hujus tum illius necessitas pateat, & tandem illi, qui docendi officio in ecclessia functuri sunt, utriusque cognitione, sibi consulant. Quid, quaeso, est homileta sine exegeta?, Wintersemester 1713/1714

Fridericus Weise D. absolutis praeceptis exegeticis, ad homiletica, a multis rogatus, accessit ac jam docet, quomodo sermones sacri disponendi, elaborandi atque habendi sint. Quibus finitis ad exegetica redibit, ut ea applicet simul & modum applicandi ostendat. Haec publice., Sommersemester 1714

Privatim compendium B. Bajeri, quod modo absolvit, iterum inchoavit atque sedulo explicat., Sommersemester 1714

Paratus quoque est ad disputationes publicas super epistolam ad romanos aut ad galatas., Sommersemester 1714

Fridericus Weise D. in explicandis evangelistis perget absolutoque Matthaeo ad Marcum accedet, cui postea reliqui adjungentur. Ubique veram utilemque sacras scripturas legendi rationem addet ac monstrabit, quomodo ipsi lectores, Deo quidem adjuvante, divinum assequi possint sensum., Wintersemester 1714/1715

Privatim, ut hactenus, juxta B. Baieri compendium in auditorium profectus examinando inquirens, loca, quae inter nos & pontificos disputantur, sedulo ostendet atque exposito controversiae statu fideliter docebit [coecus coecos] quantum a veritate pontificii recedant quamque informis utantur fundamentis, coeco ambulantes oculo. Praecepta quoque homiletica [quae ipse nunquam didicit] atque exegetica cognoscendi cupidis explicabit., Wintersemester 1714/1715

Fridericus Weise D. in explicandis evangelistis perget absolutoque Matthaeo ad Marcum accedet, cui postea reliqui adjungentur. Ubique veram utilemque sacras scripturas legendi rationem addet ac monstrabit, quomodo ipsi lectores, Deo quidem adjuvante, divinum assequi possint sensum., Sommersemester 1715

Privatim, ut hactenus, juxta B. Bajeri compendium in auditorum profectus examinando inquirens, loca, quae inter nos & pontificos disputantur, sedulo ostendet atque exposito controversiae statu fideliter docebit, quantum a veritate pontificii recedant quamque infirmis utantur fundamentis, coeco ambulantes oculo. Praecepta quoque homiletica atque exegetica cognoscendi cupidis explicabit., Sommersemester 1715

Fridericvs Weise D. explicationem evangelistarum publice continuabit, [...], Wintersemester 1715/1716

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

[...] privatim absolutis potificiorum controversiis, ad eas, quae cum reformatis nobis intercedunt, accedet. Illis etiam, quibus in libros biblicos disputare placet, gratificabitur., Wintersemester 1715/1716

Fridericus Weise D. Publice explicationem evangelistae Marci continuabit, cui addet dominicalis epistolae disquisitionem: illud quidem diebus Lunae, Martis & Jovis, hoc eo, qui Veneris dicitur, est facturus., Sommersemester 1716

In b. Baieri compendium th. pos. disputationes publicas habebit., Sommersemester 1716

Privatim theologiam exegeticam & homileticam tradet., Sommersemester 1716

Fridericus Weise D. absoluto Marco evangelista, in Luca explicando, quem auspicatus est, publice perget. Quod eodem modo facturus est, quo Marcum exposuit. [...] Docet hora 2., Wintersemester 1716/1717

Publicas disputationes per integram theologiam juxta ordinem B. Bajeri in compendio theologiae positivae continuabit., Wintersemester 1716/1717

Privatim, si quidem per negocia ecclesiastica licuerit, veram scripturas legendi rationem tradet, ostende etiam, quomodo Loci rerum theologicarum in futurum usum sint parandi, nec deerit veteranis theologiae cultoribus ad attentiorem officii sacri administrationem prodesse. Tandem circa studia homiletica monebit, quae inter tot sive methodos sive confusiones utilissima sit ecclesiae., Wintersemester 1716/1717

Fridericus Weise D. in theologia homiletica, quam superiori anno incepit, publice perrecturus est. [...] Legit hora II., Sommersemester 1717

Disputationes quoque publicas in theologiam positivam & quidem in compendium B. Baieri continuabit. Quibus finitis ad theologiam moralem accedet atque hanc disputando percurret., Sommersemester 1717

His exercitium homileticum addet, in quo juxta praecepta tradita Dni Studiosi conciones elaborabunt: ipse vero has in templo D. Stephani audiet atque ea, quae monenda esse deprehendet, monebit., Sommersemester 1717

Docebit etiam verum atque utilem catechisandi modum., Sommersemester 1717

Fridericvs Weise / D. jam exegeticas tradit regulas, quibus finitis, ad earum applicationem accedet, Lucam explicare perget exque singulis versibus usus eliciet. Haec publice., Wintersemester 1717/1718

Privatim disputationes theologicas habebit, hisque examina addet, si qui erunt, qui haec desiderant., Wintersemester 1717/1718

Fridericus Weise D. absolutis theol. homileticae praeceptis, in explicando Luca evangelista perget publice., Sommersemester 1718

Privatim theol. exegeticam docebit addetque moralem, quin de casuistica aget, si qui eam cognoscendi desiderio tanguntur., Sommersemester 1718

Fridericus Weise / D. cum in theologiae homilecicae tum exegeticae explicatione perget publice, quin curabit, ut homiletica praecepta, quae tradit, ad usum transferantur juxtaque eo in templo horis succissivis conciones habeantur. [...] Docet hora secunda., Wintersemester 1718/1719

Privatim, quantum quidem ecclesiastici aliique labores permittent, positivam, item pastoram docebit theologiam simulque ad publicas disputationes promptus erit. De conscientia quoque & hujus casibus acturus hosque solvendi modum ostenturus est., Wintersemester 1718/1719

Fridericvs Weise / D. Brevi tempore absolvet Lucam. Quo facto ad Johannem accedet explicandum. Qui quidem labor ita finet, ut diebus lunae & martis theologiae exegeticae [...] inserviat [...].,

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

Sommersemester 1719

[....] jovis & veneris homileticae inserviat [...]., Sommersemester 1719

[...] studiosorum conciones in templo s. stephani privatim audiat deque his mox judicet, quo cognoscant, in quibus pergant, in quibus se corrigant., Sommersemester 1719

Privatim dogmaticam continuabit, qua finita, pastoralem, si qui sunt eius avidi, tradet., Sommersemester 1719

Publice super epistolam ad rom. aut galat. disputabit. Qua occasione divinum textum & explicabit & applicabit mediaque explicandi atque applicandi addet. Ad quod maximae utilitatis opus amice pios verbi cultores, qui ministri futuri sunt, invitat., Sommersemester 1719

Fridericvs Weise / D. jam quidem, dum Vice-Rectoratu fungitur, nimiis impeditur negotiis, quo minus doceat: at cum hoc, bono cum Deo, perfunctus fuerit, ad scripturae sacrae explicationem tum redibit, quin modum casus conscientiae enondandi addet. docet hora 2da., Sommersemester 1720

Fridericvs Weise/ D. Bono cum Deo publice in exponendo Luca progredietur ac non modo juxta hermeneuticas regulas verum ostendet sensum, sed applicationem quoque sive usus, quos dicunt, tradet. [...] Docet publice hora IIda., Sommersemester 1721

Quin singulis diebus, jovis quidem epistulas dominicales, veneris evangelia disponet dictabitque., Sommersemester 1721

Privatim sacra dogmata [...] hora X [...] continuabit a propprediem ad finem perducet., Sommersemester 1721

Privatim [...] praecepta homiletica, quae dudum incoavit, [...] hora [...] IV. continuabit ac propprediem ad finem perducet., Sommersemester 1721

Quo facto, ut omnes studiosi theologiae media proficiendi habeant, post pascha pantheologicum aperiet collegium atque in hoc quidem 1 theologiam positivam, 2 moralem, 3 exegeticam, 4 polemicam, 5 pastoralem explicabit. Quem laborem iter disponet ac prestabit, ut quolibet semestri una partium explanetur, ac tandem totus magno cum fructu auditorum absolvatur., Sommersemester 1721

Fridericvs Weise D. theologiae exegeticae pracepta publice tradet traditaque ad epistolas Pauli adplicabit, ut usum & necessitatem hujus partis theologiae videant & cognoscant. Vtinam qui theologiae audiunt studiosi, huic etiam parti studerent deque explicandis scripturis sacris essent soliciti! Quid theologus? quid pastor animarum? quid theologiae cultor sine scripturam explicandi scientia est? Hunc, Deo volente, hora secunda pomeridiana explicabo. [...], Sommersemester 1723

[...] Privatim de theologia positiva agam juxta compendium, quod domini auditores elegerint. [...], Sommersemester 1723

[...] Qui [...] sive privatim in disputando sibi proposuere exercitium, his gratificabor. [...], Sommersemester 1723

[...] Si qui tandem sunt, qui ad munus sacrum se praeparare volunt, his etiam operam offero., Sommersemester 1723

[...] Qui sive publice [...] in disputando sibi proposuere exercitium, his gratificabor. [...], Sommersemester 1723

L. Fridericvs Weise, Facult. Philos. Adjunctus, Ex Venerandae Facultatis Theologicae permissione Theologiam Moralem tradet. Praeterea Logicam, fundamenta Hebraica, Mathesin, quin & alia, quaecunque Nobilissimorum Commilitonum industria exegerit, interpretabitur., Sommersemester 1723

[...] Positivam theologiam explicare persistens, singulis diebus mercurii disputabit, ut, quae diebus lunae martis, jovis & veneris explicavit, disputationis materiam faciat & studiosos ad publicos actus praeparet. [...], Wintersemester 1723/1724

[...] Si qui sunt, qui canones theologicos audire volunt, horum explicatione gratificabitur., Wintersemester 1723/1724

[...] In theologia homiletica statutis facultatis theologicae convenienter procedet praeceptaque ad sacros sermones applicabit. [...], Wintersemester 1723/1724

L. Fridericvs Weise, Facult. Philos. Adjunctus docebit Logicam, Metaphysicam & fundamenta Hebraica. Commentabitur etiam in Ideam suam fundamentorum linguae Graecae, superiori anno editam., Wintersemester 1723/1724

Fridericvs Weise D. In theologiae exegetica & quidem in novi testamenti explicatione perget. Iam epistolam ad romanos ad finem perduxit, quam paucis repetet, ut doctrinarum cohaesio & rerum natura clarius innotescant apostolique argumenta atque horum vis pateant & cognoscantur. Quibus absolutis, ad eas accedet epistolas, quae ad Corinthios a divo scriptae sunt apostolo. Haec publice. [...], Wintersemester 1723/1724

[...] Privatim, absoluta positiva theologia, homiletica & moralem tradet, ut postea ad polemicam accedat. [...], Sommersemester 1724

[...] Disputationes privatas, [...] sedulo, ut hactenus, continuabit., Sommersemester 1724

[...] quae ad publicas praeparant studiosos, [...] continuabit., Sommersemester 1724

Fridericvs Weise D. N. Testam. & Theol. Homil. Prof. in prioris epistolae Pauli apostoli ad Corinthios explicatione publice perget. Quod dum facturus est, explicandi regulas simul recitabit ac recitatas applicabit, ut, viso regularum ecegeticarum usus, explicationis suae, qui explicant, rationem queant reddere. [...] Docet publice hora 2da., Sommersemester 1724

L. Fridericvs Weise, Facult. Philos. Adjunctus, absoluta doctrina Logica ad Metaphysicam & reliquas Philosophiae partes pro Nobiliss. Commilitonum voluntate progredietur. Theologiam positivam secundam Hennichii compendium Venerandae Facultatis Theologicae indultu exponet. Graecae & Hebraicae linguae fundamenta sic tractabit, ut Auditores methodo facillima in Textuum resolutione exerceantur, ipsique post breve temporis spacium in Graecorum praecipue autorum lectione opera solitaria possint proficere. Addet hisce studiis Cursum Mathematicum, quem secundum succinctas theses methodo discentibus accommodatissima intra unius anni decursum ad finem perducere conabitur. Illis quoque suam pollicetur operam, qui in Oratoria tum generali tum speciali vires suas tentare cupiunt., Sommersemester 1724

[...] Superaddet hisce cursibus novos, intra annum absolvendos; philosophicum quidem secundum tabulas, quas successive typis dabit exscriptas; mathematicam vero ad ductum autoris illius, quem Nobilissimi Auditores eligent. Linguam Graecam secundum Ideam suam fundamentorum Ling. Gr. [...], Wintersemester 1724/1725

[...] Privatim juxta Hennichii compendiumj dogmata exponet, addet controversias & domesticas disputationes. Quin eos concionandi rationem docebit, qui se ad ministerium jam praeparant., Wintersemester 1724/1725

L. Fridericvs Weise, Facult. Philos. Adjunctus, in cursu philosophico, quem paulo ante festum Pentecostes incepit, absoluta Logica, Metaphysicam, Physicam, Philosophiam moralem explicabit. [...], Wintersemester 1724/1725

[...] Hebraicam secundum Hardtiana Fundamenta docebit. Praeterea Oratoriis, Disputatoriis, aliisque exercitiis academicis Nobillissimorum Commilitonum desiderio satisfaciet., Wintersemester 1724/1725

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

[...] absoluta Geometria, Opticam, Cosmographiam, Gnomonicam, utramque Architecturam, & Mechanicam per succinctas theses tradet. [...], Wintersemester 1724/1725

Fridericvs Weise D. Juxta statuta Facultatis theologicae in novi testamenti expositione strenuo corde pergens, posteriorem Pauli epistolam ad Corinthios, quam jam quinque ab hinc septimanis coepit, explicabit. Primo capitis dispositionem, secundo partes, tertium sensum, quarto usus ostendet. Haec tradet publice. [...] Docet hora 2da pomeridiana., Wintersemester 1724/1725

Fridericvs Weise, Metaphysicae Prof. Ordin. Doctrinam de Causa morali, inde a mense Januario publice traditam, absolvit. Proximo semestri, in Idea sua Metaphysicae, propediem edenda & publice explicanda, ostendet, sine hujus disciplinae solida cognitione neminem Philosophi nomen mereri. [...] Docet publice hora matutina VII., Sommersemester 1725

[...] Privatim usum axiomatum metaphysicorum specialem in in aliis scientiis ulterius explanabit, nec deerit iis, qui vel publicis vel privatis disputationum exercitiis velocitati intellectus linguam conjungere vel attemperare aut continuis examinibus quoad fundamentorum solidam cognitionem confirmari cupiunt. Illustrabit etiam alia pro Commilitonum desideriis., Sommersemester 1725

Fridericvs Weise D. dominos studiosos theologiam pastoralem docebit, sicut jam viginti abhinc annis sub nomine collegiorum pastoralium pie atque utiliter ab eo factum est. Quod cum praestabit, ejus nominabit partes, ut praeat, quousque haec se extendat, quam necessaria theologo doctori & pastori sit, quodque omnes theologiae partes vel complectatur vel requirat., Sommersemester 1725

[...] Publice & ordinarie ad novum testamentum juxta laudata statuta revertetur, hoc explicabit atque initium a matthaeo evangelista faciet cujus primo verum sensum ostendet, deinde fundamenta sensus addet, tertio textum accommodabit seu usus, quos dicunt, inferet. [...] Praelegit publice hora II., Wintersemester 1725/1726

[...] Cui exercitio singulis septimanis duas destinavit horas, quibus in aede ex suggestu privatim loquentes audiet & siqua monitu necessaria deprehendet, amice haec addet, ut & sermo & gestus gratus reddatur. [...], Wintersemester 1725/1726

L. Fridericvs Weise, Metaphysicae f. Primae Philosophiae Professor Ord. ad finem perducta totius Metaphysicae explicatione, eandem post Michaelis Festum denuo aggredietur. Etiam alia, quae hic recensere non licet, [...], Wintersemester 1725/1726

[...] Priuatim , quae verbi ministro ad recte atque utiliter administrandum officium incumbunt, quin necessaria sunt, quae vulgo theologiam pastoralem appellant, docebit., Wintersemester 1725/1726

[...] privatis horis docebit pro commilitonum nobilissimorum desiderio., Wintersemester 1725/1726

Fridericvs Weise D. Quamvis juxta facultatis theologicae statuta a paschate usque ad praesens tempus homileticae theologiae praecepta publice explicaverit, quae nunc quidem ad finem sunt perducta; tam hunc laborem ita continuabit, ut, qui praecepta cognovere, juxta haec sacros elaborent recitentque sermones. [...] Praelegit publice hora II., Wintersemester 1725/1726

L. Fridericvs Weise, P.P.O. sicuti hactenus disciplinam sibi commissam, Metaphysicam, singulis semestribus totam publice proposuit & absolvit; ita proximo semestri quoque, ut iis, qui primam hanc philosophiam reliquis philosophiae partibus non posthabere student, consulat, integram iterum publice docebit Metaphysicam ejusque usum ostendet. Praemittet illi Historiam Philosophicam, cujus ab origine mundi ad nostra usque tempora recensione compendiose dabit. [...] Docet publice hora VII. matutina., Sommersemester 1726

[...] Privatim in exegeticis, homileticis, ac dispvtatoriis exercitationibus suam collocabit operam. Instituet quoque cvrsvm philosophicvm, unius anni decursu absolvendum., Sommersemester 1726

[...] Privatim Colleg. Exegeticum in Prophetas Minores aperiet, finitisque ad Principia sua Dogm.

Examinibus, publice ad ea disputabit. Addet idem Controversias reliquas cum Socinianis, Fanaticis, & c. nec, ubi poterit, desideriis petentium deerit., Sommersemester 1726

Fridericvs Weise D. Quod statuta facultatis theologicae me jubenit exponere, id sedulo atque obsequiose facturus sum, in posterum quoque, ut hactenus. Hoc duae theologiae partes, exegetica atque homiletica sunt. Exegetice quidem circa Matthaeum evangelistam hac vice occupabor. Quod vero dum fiet, verum textus sensum ubique tradam, modum triplicis resolutionis ususque ex explicato textu eliciendi perspicue delarabo & adhibebo. Haec secunda hora pomeridiana publice praestabo. Privatim homiletice procedam atque diversitatem sacrorum textuum, argumentorum, usuumque, porro eorum dispositionem atque elaborationem, tandem concionis seu orationis ecclesiasticae recitationem exponam. Eo laborabo, ut tempus operamque & furntus bene collocent studiosi auditores. Jon. Conr. Schrammivs D. Lectionibus Publicis in Corpus Doctrinae Julium coronidis adinstar adjiciet Vtrumque Catechismum Lutheri, eumque Historice, Dogmatice, & Practice pertractabit. [...] Docet publ. hor. XI., Sommersemester 1726

[...] privatim alia pro Commilitonum prolubio & liberalitate., Wintersemester 1726/1727

L. Fridericvs Weise, publice docet Metaphysicam [...], Wintersemester 1726/1727

Fridericvs Weise/D. Hoc quidem anno a januario usque ad septembrem cathedram theologicam docendi causa non adscendit, nec potuit, utpote qui Vicerectoratu juliae academiae est functus. Quam vis autem docendo ei non licuerit prodesse; aliam tamen ratione suarum rerum se sategisse arbitratur. Nunc qui ad ea quae venerandae facultatis statuta eum praestare jubent, redit, theologiam exegeticam cum in se vel in actu signato, tum applicative vel in actu exercito tradet. Cum qua cum arcte cohaereat homiletica, hanc quoque brevibus & sufficientibus comprehensam regulis ita explicabit, ut, quipiam debitamque diligentiam adhibebunt, bene, quin cum fructu tempus collocent. His absolutis, sed, Deo consentiente atque adjuvante, ad theologiam pastoralem progredietur. Haec publice. [...], Wintersemester 1726/1727

[...] Privatim theologiam positivam ex unico, vero atque infallibili ejus principio, sacra scriptura, tradet. In quo labore illorum potissimum doctorum, qui post egressum ex papatu sincere docuerunt atque ab orthodoxia invenere nomen, consensum adducet, ut pateat, num vere adhuc cum patribus nostris consentiamus. Faxit Deus, ut nos ejus filii in pura doctrina, vera pietate, salutari diligentia sanctoque ardore perseveremus., Wintersemester 1726/1727

[...] Privatim Collegiis Homilecticis, Mathematicis, Parentatoriis, Logicis aliisque pro commilitonum lubitu & ardore suam navabit operam., Sommersemester 1727

[...] Privatim Collegiis Homilecticis, Mathematicis, Parentatoriis, Logicis aliisque pro commilitonum lubitu & ardore suam navabit operam., Sommersemester 1727

L. Fridericvs Weise, Metaphysicae Professor, quemadmodum superiore semestri Metaphysicam ad ductum Tabularum suarum exposuit, ita aestate proxima, ut varietas delectet, celeberrimi Wolffii Vernünftige Gedancken von Gott, der Welt, und der Seele des Menschen, auch alle Dinge überhaupt fundamentum praelectionum publicarum constituet. [...], Sommersemester 1727

L. Fridericvs Weise, Metaphysicae Professor, quemadmodum superiore semestri Metaphysicam ad ductum Tabularum suarum exposuit, ita aestate proxima, ut varietas delectet, celeberrimi Wolffii Vernünftige Gedancken von Gott, der Welt, und der Seele des Menschen, auch alle Dinge überhaupt fundamentum praelectionum publicarum constituet. [...], Sommersemester 1727

Fridericvs Weise D. Post matthaeum, quem ante pascha bono cum Deo absolvet, marcum, lucam & johannem publice explicabit. Ostenso vero evangelistae sensu, mox usus practicos juxta logicas regulas, quas theologia exegetica dudum approbavit atque usurpavit, inseret, ut, cum e suggestu studiosis, pastoribus factis, ad coetum ecclesiasticum dicendum est, membra sacri coetus, inprimis erudita, piam diligentiam pastoris sui cognoscant, approbent aestimentque: ipse vero pastor

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

bonam habeat conscientiam & sibi sancte persuadeat, quod, dum coetui suo usui esse vult, revera sit. [...], Sommersemester 1727

[...] Privatim theologiam positivam & homileticam, sed diversis horis, quae publice nominabuntur, juxta statuta tradet. Quin circa controversias pontificiorum occupabitur. Quibus ante explicatis addet disputationes, ut, quibus in conflictum placet descendere, illi queant., Sommersemester 1727

Fridericvs Weise D. novum testamentum juxta statuta facultatis theologicae hactenus explicavit publice. Jam circa theologiam homileticam occupatur, quam eo diligentius explicat, quo magis solida ejus cognitio necessaria est. Hac absoluta ad Marcum evangelistam accedet atque hunc exponet. Vtinam, qui studio theologico se manciparunt, theologiam exegeticam magis solicite tractarent & scrutarentur. Verendum hinc est, ne haec negligentia ecclesiae noceat. [...] Legit publice hora undecima., Wintersemester 1727/1728

[...] Privatim in explicatione theol. positivae juxta compendium Hennichii constanter perget. Si qui sunt, qui utilitatem ac neccessitatem theol. pastoralis agnoscunt ac desiderant, his etiam gratificabitur., Wintersemester 1727/1728

Fridericvs Weise D. publice epistolam ad romanos, [...] Legit publice hora undec., Sommersemester 1728

[...] privatim Ioannem evangelistam explicabit., Sommersemester 1728

[...] Ad disputandum paratus est atque ad hoc studiosos invitat. Materia disputationum esto epistola Iacobi apostoli. De pastorali quoque theologia promissum servabit., Sommersemester 1728

Fridericvs Weise D. epistolam ad romanos hactenus publice explicavit, in quo labore bono cum Deo perget. [...] Legit publice hora undecima., Wintersemester 1728/1729

[...] Privatim circa theologiam positivam occupatur atque hanc ad finem perductam, rogatus iterum incipet. Si qui pastoralem, quam dicunt, cupiunt agnoscere, ad hanc tractandam quoque paratus est., Wintersemester 1728/1729

Fridericvs Weise D. exegeticam theologiam publice hactenus exposuit atque ad epiftolam ad romanos applicavit. Quam reste expositam atque applicatam dominis studiofis eo magis commendat, quo majus commodum ecclesia inde capit. [...], Sommersemester 1729

[...] Mox post pascha positivam theologiam docebit atque in hac docenda libros symbolicos eorumque theologorum, qui omnium consensu orthodoxi habiti sunt atque etiamnum habentur, scripta proferet, ut & innotescant iterum & nos cum illis convenire cognoscamur judicemurque. [...], Sommersemester 1729

[...] Si per ecclesiastica negocia licuerit & studiosi fuerint, quibus circa scripturam accuratius occupari placet, cum his epistolam ad ephesios publicis disputationibus sub Dei praesidio peragrabit., Sommersemester 1729

Fridericus Weise D. theologiam positivam juxta beati Bajeri explicationem publice continuabit. Cui ad finem perductae controversias contra pontificios addet. His, si Deo placuerit, absolutis, de reformatorum erroribus aget. Studium biblicum quoque sibi curae esse, demonstrabit. Docet publice hor. II., Wintersemester 1729/1730

[...] Privatim non praeleget, quod Vice-rectoratus, quem hoc semestri administrat, impedit., Sommersemester 1730

Fridericvs Weise / D. jam theologiam positivam ex compendio b. Baieri hora undecima publice, [...], Sommersemester 1730

[...] quarta pomeridiana homileticam privatim explicat., Sommersemester 1730

[...] Ad disputationes privatas invitat eos omnes, quotquot quaestiones inter nos, pontificios & reformatos scrutari, cognoscere ac de illis ex sacra scriptura utiliter ac veritati convenienter indicare volunt., Sommersemester 1730

Fridericvs Weise D. theologiam positivam eamque systematicam explicat. Cui ante pascha finitae, exegeticam adjunget, atque hujus non modo praecepta tradet, sed eorundem quoque applicationem ostendet. Haec publice. [...] Illud fit hora duodecima., Sommersemester 1730

Fridericvs Weise D. jam circa theologiam catecheticam publice occupatur. Quamprimum haec ad finem perducta fuerit, iterum acroamaticam explicabit. Si dominis auditoribus placuerit, examen addet, ut & memoriam & judicium exerceant. Eos etiam, qui homileticam & polemicam audire volunt theologiam, pie docebit, legit publice hora undecima., Wintersemester 1730/1731

Fridericvs Weise / D. jam theologiam positivam ex compendio b. Baieri hora undecima publice, [...], Sommersemester 1731

[...] quarta pomeridiana homileticam privatim explicat., Sommersemester 1731

[...] Ad disputationes privatas invitat eos omnes, quotquot quaestiones inter nos, pontificios & reformatos scrutari, cognoscere ac de illis ex sacra scriptura utiliter ac veritati convenienter indicare volunt., Sommersemester 1731

Fridericvs Weise D. Mandatis superiorum qui pie parent ac praelectiones hoc ex loco dominis studiosis indicant, ut scopi sui ex vera ac perfecta earum cognitiones fiant participes divitesque doctrina eo redant, unde mittuntur, laudandi sunt. Sed verendum est ne multi se ipsos decipiant, utpote qui sua alio applicant ac tandem bonis animi carent. Omnibus, quotquot ad academias eunt discitum, precamur prudens atque utile judicium, ut sibi in eligendis praelectionibus inserviant. Ego, qui omnibus & singulis bene cupio, theologiam positivam eamque vel ex impresso compendio, vel ex manuscripto veteris theologi vel ex αὐτογράφῳ praelegam. Si forte theologia displiceat, controversias inter evangelicos & pontificios proponam. Juxta statuta, quae me novum testamentum publice explicare jubent, epistolas Pauli exponam. Me quoque eadem statuta ad theologiam homileticam explicandam vocant. Igitur si qui ex me sene hanc cum fructu audire volunt, in horum gratiam eam dextre ac perspicue praeceptis expositis promitto explicare. , Wintersemester 1731/1732

Fridericvs Weise D. publice collegium, quo evangelici, atque epistolici textus explicantur atque epplicantur, per hunc annum continuabit ita, ut logice textum resolvat, propositionem principalem ac minus principales dextre notet, modum amplificandi cognoscendum tradat & usus communes eliciat. [...], Sommersemester 1732

[...] Privatim controversias contra papistas & reformatos examinabit., Sommersemester 1732

Fridericvs Weise/ D. Quam hactenus explicavit Theologiam acroamaticam, continuabit, ut proximo anno, si quidem Deus voluerit, ad finem eam perducat, & auditorium desiderio satisfaciat, qui hoc ab ipso constanter petierunt. Cui labori, quam primum peractus fuerit, alium, & eum quidem exegeticum addet. Curabit etiam, ut Evangeliorum & Epistolarum dominicalium genuina themata & propositiones publice eliciantur., Wintersemester 1732/1733

Fridericvs Weise, D. Quamprimum per valetudinem ipsi licebit, Theologiam positivam publice explanabit; [...], Sommersemester 1733

[...] cui pro Honoratissimorum Auditorum desiderio Theologiam moralem vel homileticam bono cum Deo adjunget., Sommersemester 1733

Friedericvs Weise D. Postquam bono cum Deo restitutus sum, ad publicas & privatas lectiones rediturus sum. Quod proximo fiat tempore. Inter objecta, circa quae occupabor, I. theologiam positivam explicabo hora undecima, quae hora undecima mihi, jam facultatis seniori, convenit. Theologiam homileticam 2. docebo & quidem hora pomeridiana secunda. Faxit Deus optimus,

maximus, ut constanti valetudine omnes Domini Collegae omnesque Domini studiosi fruantur., Wintersemester 1733/1734

Fridericvs Weise D. & Professor Theologiae Ord. in Academia Julia. Hactenus ex lapsus aeger, non potuit, ut voluit, publice legere. Dei vero gratia restitutus, publice & privatim leget, atque expectat pios diligentesque studiosos auditores., Sommersemester 1734

Fridericvs Weise, D. & Professor Theologiae Ord. in academia Julia, hactenus ex lapsu aeger, non potuit, ut voluit, publice legere. Dei vero gratia restitutus, publice [...] leget, atque expectat pios diligentesque studiosos auditores., Wintersemester 1734/1735

[...] Dei vero gratia restitutus, [...] & privatim leget, atque expectat pios diligentesque studiosos auditores., Wintersemester 1734/1735

Fridericvs Weise, D. & Professor Theologiae Ord. in Academia Iulia, hactenus ex lapsu aeger, non potuit, ut voluit, publice legere. Dei vero gratia restitutus, publice & privatim leget, atque expectat pios diligentesque studiosos auditores., Sommersemester 1735

Dissertationen (15)

Discursuum mathematicorum ... 2: De perfectionibus Punctorum ..., 1719

Discursuum mathematicorum .. 4: De Perfectionibus Superficierum, 1719

De existentia sprituum Dissertatio metaphysica, 10.08.1720

de subsistentia Disquisitio, 18.01.1719

De perfectionibus punctorum Discursum mathematicorum quartus, 22.11.1719

de perfectionibus punctorum Discursum mathematicorum secundus, 03.05.1719

de perfectionibus punctorum Discursum mathematicorum tertius, 30.06.1719

Codri mors, historice et moraliter examinata, 06.07.1718

Placida Disquisitio De Signis Extremi Iudicii Uti Remotis Ita Proximis ... , 1718

Catalogus librorum, eorumque selectissimorum theolog. juridic. medic. histor. philos. politic. philolog. variorumque lingua Gallica et Itala , 1713

Discursuum mathematicorum ... De perfectionibus ... , 1719

Discursuum mathematicorum ... 3: De Perfectionibus Linearum, 1719

Dissertatio theologica De aeterna vita, 04.11.1699. VD17 23:247297C

Placida Disquisitio De signis extremi iudicii uti remotis ita proximis ex verbis servatoris nostri luc. XXI, 25.26. pro veteri instituto et secundum litteralem sensum, explosa quorundam recentiorum allegoria, exegetice, juxta antecedentia et consequentia, 08.04.1718

Disputatio theologica inauguralis exhibens Commentationem in epistolam iudae, 24.12.1723

Beteiligung an Dissertationen (3)

Respondent in: Gottlieb Samuel Treuer (Präses): De Compendiaria Eruditione Dissertatio philosophica, 30.04.1718

Respondent in: Gottlieb Samuel Treuer (Präses): De compendiaria eruditione, 30.04.1718

Respondent in: Friedrich Ulrich Calixt (Präses): Disputatio Quaestio de natis ex deo an peccent? Ex 1. Joh. III, v. 9. brevi sed scripturae, symbolis ecclesiae & analogiae fidei conformi discursu explicata & in disputationis formam redacta, 10.06.1697. VD17 23:235045G

Reden und Programme (2)

Friedrich d. Ä. Weise: De Optimo Genere Docendi Seu Docentis Munere

Friedrich d. Ä. Weise: Oratio Inauguralis De Professoribus Metaphysicae In Academia Iulia, 09.01.1725

Rechenschaftsberichte

Zeitraum	03.01.1701–10.04.1701
